

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9286

Auteur(s) : Étienne de la Rouchefoucauld, Rennes (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1157, 1 décembre

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Étienne évêque de Rennes confirme la donation de l'église Saint-Martin du Loroux.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Archives Nationales, L 972, n. 665 et L 972, n° 210 ; L 972, n° 210.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XXXIX)

Texte d'après A

Stephanus Dei gracia Redonensis episcopus universo clero et populo Redonensi, salutem et benedictionem. In nomine Domini nostri Jhesu Christi notum sit vobis presentibus atque futuris quod ego consensu et concessione tocius capituli beati Petri pro amore Dei et salute animarum nostrarum et omnium antecessorum ac successorum nostrarum concessi et dedi ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuam elemosinam libere et quiete possidendam ecclesiam Sancti Martini de Loratorio et totum cimiterium et omnes decimas tocius parrochie et electionem et presentationem et liberam dispositionem presbiteri et omnes res ad ipsam ecclesiam pertinentes, salvo reddito beati petri et nostro quam ecclesiam cum pertinentiis suis predecessores nostri Redonenses episcopi bone memorie scilicet Roaldus et venerabilis ac pie memorie Hamelinus eidem ecclesie Savigneii antea donaverant atque concesserant. Ut autem hec nostra donacio ac concessio rata et inconcussa in perpetuum permaneat, presentis carta attestacione et sigilli nostri et sigilli capituli beati Petri impressione confirmavimus anno Domini MCLVII kalendas decembris. Teste Radulfo archidiacono et Eudone archidiacono et Hamelino thesaurario et Guithenoco cantore et Maldeto magistro scolari et Eveno capellano et Tescelino et Gaufrido prepositis et toto capitulo et Guillelmo abbate de Filgeriis et Guillelmo de Monthaville et Petro de Tuscha et Herberto de Sancto Georgio canonicis de Filgeriis et Gerardo et Ingelberto monachos nostris et magistro Ogero de Sancto Salvatore et Hamelino Beringario et multis aliis.